

Et super Israel dei.) τὸν ἰσραὴλ, ut intelligas uirum aut populum. Et addit dei, ppter sy/ nagogam satanæ. De cætero,) τῷ λοιπῷ, quod alias solet τῷ λοιπῷ.

Nemo mihi molestus sit.) κόπους, μοι μηδέ τι περιέχετω. i. Labores mihi nullus exhibeat. Et ad hunc modum uertit, & exponit Diuus Hieronymus.

Stigmata.) Græca uox est, significat autem notam impressam. Solēt autem serui nota/ ria dominis. Sentit igitur se certas habere notas, q̄ sit seruus Iesu Christi, pro quo tam multa passus fuerat. FINIS EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS.



ANNOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

SDEM in hac epistola Pauli seruor, eadem pfunditas, idem omnino spiritus ac pectus, uerum nō alibi sermo hyperbatis, anapodotis, alijsq̄ incommoditatibus molestior, siue id interpt̄is fuit, quo fuit usus in hac, siue sensuum sublimitatem sermonis facultas non est assecuta.

Qui sunt Ephesi.) τίς οὖσιν ἐπέφεσον, quod potest & in secunda legi persona, qui estis Ephesi. Benedictus deus.) Bisaria potest distingui Benedictus de⁹, ut haec tenus sit dialecte. Deinde separatum adjiciat, Et pater dñi nostri Iesu Christi. Aut consuetudinem, Deus & pater dñi nostri Iesu Christi. Pater, quia genuit. Deus Iesu, secundum assumptū hominē. Id annotauit Hieronymus. In cœlestibus in Christo.) ἐπ τοις ἐπαγγε/ viore, χριστῷ. i. in cœlestibus, siue supcœlestib⁹ Christo. Ut sit Christo datiuū casus. Ambrosius omittit hanc particulā, in Christo. Hieronymus legit in Christo. Si legis, benedixit nos Christo, sensus erit, benedixit nos in gloriā Christi. Si in Christo, sensus erit, p fidē Christi cōferrī nobis hāc benedictionē. Ante cōstitutionē) πρὸκαταβολῆς, quaē uox ita sonat, quasi dicas, ante iacta fundamēta mūdi. Sic admonet & diuus Hieronymus, idq̄ uerbis cōpluribus. Et immaculati.) χαμόμενος, quod magis inculpatos siue irreprensibiles q̄ immaculatos significat. Momus em̄ Græcis reprehensio est, siue deus reprehēsiois.

In charitate.) Hæc uerba referri possunt ad supiora, ut intelligas nos inculpatos esse, & electos in charitate, uel ad ea quaē sequunt̄. Ut accipias nos prædestinatos in charitate. Quāq̄ græci codices annexant hæc superioribus. Et hoc annotauit Hieronymus.

Qui prædestinauit nos.) προορίσας. Hieronymus & Ambrosius legunt, In charitate p̄ destinans nos. Ver illud prædestinans apud Græcos præteriti tēporis est, quasi si genus mutari poterat dixisset prædestinatos siue præfinitos. Atq̄ hoc sane loco uere uerbum est prædestinandi, de quo in epistola ad Rhomanos nō nihil attigimus. Diuus Hieronymus hoc putat interesse inter ὅμιλον & προορίσμα, quod prius illud tribuat̄ ihs quā nunq̄ nō fuerint. Hoc posterius ihs, quā cum aliquando nō fuerint, deinde cōperint esse. De quibus si qd̄ decretū aut cogitatū fuerit, priusq̄ fuerint, prædestinatio est. Rursum si qd̄ de dño Iesu Christo, qui nunq̄ nō fuit cū patre, nec unq̄ eū ut eslet uoluntas paterna p̄ cessit, destinatio est. Vnde in epistola ad Rhomanos de filio deiloquens, ὅπροθύμη dixit, nō προορίσθης. In adoptionē filior̄.) Græcis una uox, ὁ δεσμός, qua significant eam adoptionē, qua quis in filij locū adoptat̄, ut supius admonuimus. In ipsum.) ἐν αὐτῷ. i. in se. Quāq̄ potest & ad Christū referri, sed coactius. Nā p̄ adoptionē efficimur fratres Iesu Christi, nō filij, sed filij dei patris, ueluti insiti corpori Christi, & unū cum illo effecti. Secundū

Momus,

prædestinatio,
Destinatio,

IN EPI
secundū possit.) ὁ δεσμός, ut intelligas uirum aut populum. Et addit dei, ppter sy/ nagogam satanæ. De cætero,) τῷ λοιπῷ, quod alias solet τῷ λοιπῷ.
Hieronymus putat uoce eius ad Hebas 12^o Rafon placet. Ni placet, & difficultat hic sonat, gratia. In laude gratia suæ, & gratia filio suo. Filii enim eo qui dilectus sunt. Et onto sentit daturam a deo, nō ex nostra uoluntate. In remuobitu nec apud Hieronymus exponentem. Expones tuus, unde redemit tu nos, Iesu Christus. i. patefactus est, propria Hieronymi tēporis. Quod dicit neglegendū. Videribus. Habent enim a Iesu. Verbū τοῦ σωτῆρος, opīu προφετῶν, non habuerunt nobis patefactū, ausi spongiis & græca quæ uulgo efferaunt. Quo ueneramur. His lenibus incognitā huius mundi. At nunc quod latebat, i. mundū beneplacitū luelegas & am̄, significat pater p̄soluit nos libiū, hoc est, inter prædictū multo ante definitū cogitationē lequar et instruare.) avaxp̄o, aut uocant ἀναπάσια, am̄atū reperiunt, & si uerbum hoc a magis habeatur in istis heret & angelos, non dedit caput. Quod dicit, & quod in terra, heros reperi, nec a græca vox anceps euerit omnium rerum, p̄partes a multis antecedentibus. Significat te dico, quod vobis & ambigarditibus simus afficti,

Secundū ppositū.) ἦ τὸ εὐδοκίαμ. i. secundū placitū, aut potius secundū beneplacitū. Hieronym⁹ putat uocē esse nouā, & a Septuaginta fictā, quo possent explicare, qđ ē apud Hebræos Τῷ Rason. Porro εὐδοκίαμ. pprie dici, ubi qđ nō solum placuit, sed etiā recte placuit. Nā placent, & quæ nō recte placent. In qua gratificauit.) ἐπὶ ἔχαριτωσεμ. Et gratificauit hic sonat, gratos siue charos reddidit, ἔχαριτωσεμ, unde participiū est κέχαριτωσεμιν μαρτία. In laude gloriæ gratiæ suæ.) Quidā codices pperā addūt cōiunctionē gloria & gratiæ suæ, δέξῃς φιλοχάριτον, ut intelligas, laudari gloriam gratiæ diuinæ.

In dilecto filio suo.) Filio suo apud Græcos & apud Hieronymū nō addunf, ἐν τῷ ἡγα πηλεύῳ. i. in eo qui dilectus est. Neq; em̄ hic est ἔχαριτωσεμ. Ambrosius legit, ut uulgata habet aeditio. Et oīo sentit de filio, ueḡ eum maluit signare nomine dilecti, ut intelligeres nos amari a deo, nō ex nostris meritis, sed ob amore, quo filiū psequit pater, cui nos fratres esse uoluit. In remissionē peccator̄.) In ppositio nec est apud Græcos, nec apud Ambrosiū, nec apud Hieronymū, sed oportet annectere casum accusatiū, p appositio nē exponentē. Exponēs em̄ quæ sit illa redēptio, subiecit remissionē peccator̄. Nā hæc seruitus, unde redemit nos Christus. In nobis.) εἰς ἡμᾶς, i. in nos. Ut notū faceret.) γνωρίσας ἡμῖν, i. patefacto siue notificato nobis mysterio. Interpres & Ambrosi⁹, opinor, legit, γνωρίσω. Hieronymus legit, notum faciens, ut intelligas participiū esse, φῆμ̄ est præteriti tēporis. Quod dīcā etiā lī nō admodū ptinet ad senlum, tamen haud est meo iudic̄io negligendū. Vident̄ mihi cæteri partū animaduertisse, quod legit̄ in Græcorum codi cibis. Habent enim ad hunc modū, ἐν τῷ ἀπόστολῳ εἰς ἡμᾶς, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, γνωρίσας ἡμῖν. Verbiū ἐπίστασθαι hoc loco positū est translatiue, hoc est, exuberare fecit. Alioq; parti ciū γνωρίσας non habet unde pendeat, uerti poterat in hūc modū. De qua ubertim im partiuīt nobis patefacto nobis mysterio &c. Sacramentū.) Hoc loco mysteriū signifi cat, μυστήριον, & græca uoce utitur Ambrosius. Mysteriū aut̄ Græcis dicit̄ res arcana, ne p uulgo efferenda. Quod quidē deinde translatū est ad res sacras, quas potissimū silen tio ueneramur. Hic sentit diuinā uoluntatē de gentibus ad fidē uocandis supioribus se culis incognitā fuisse mundo, Iudeis existimantibus hoc pmissum ad se pprie ptinere. At nunc quod latebat, innotuisse. Secundū beneplacitū eius.) Hieronymus legit, se cundū beneplacitū siue, iuxta placitū suū. ἦ τὸ εὐδοκίαμ. αὐτ̄. Quod pposuit in eo.) Si legas φῶτῶ, significat in seipso. Si maius φῶt̄ prima uocali tenui, referēt ad filiū, in quo pater pposuit nos sibi gratificare. Hieronymus indicat differētiā inter προορισμὸν & προσορθὴν, hoc est, inter prædestinationē & ppositionē siue propositū, q illud ptineat ad ea quæ multo ante definimus in animo φῶt̄ fiant, hoc cum iam uicina est machinatio, ut pene cogitationē sequat̄ effectus. In dispensatione.) εἰς δικονομίαμ. i. in dispensationem.

Instaurare.) ἀνακεφαλαιώσας. i. recapitulari, hoc est, ut in summā conferrentur. Nā oratores uocant ἀνακεφαλαιώσαμ. i. recapitulationem, cum ea qua sparsum ac fusius dicta sūt, summatis repetunt̄, & simul iudici renouant̄. Diuus Hieronym⁹ legit, recapitulare, pūtacq; recte uerbum hoc a Latinis usurpari posse, & miratur, quamobrem in latinis codi cibis magis habeatur instaurare, φῶt̄ recapitulare. Sunt q interpretant̄ ἀνακεφαλαιώσαμ, ut Christus fieret & angelor̄ & hominū caput. Id qđ cōuenit ijs q paulo post sequunt̄, & ipsum dedit caput. Quæ in terra sunt.) Τὰ ἐπὶ τῷ ὑψωνί, καὶ τὰ ἐπὶ φῦλον. i. quæ super celos sunt, & quæ in terra. Quod additur in græcis codicibus, ἐν τῷ φῶt̄. i. in ipso, nec apud Ambrosium reperio, nec apud Hieronymum. Et magis quadrabat in eodē, φῶt̄ in ipso. Nam græca uox anceps est, ut intelligas in uno & eodem comprehendī uniuersa, & uniuersam omnium rerum summam ad unum Christum reuocari, & in uno semel esse quod p partes a multis ante petebatur. Sorte uocati sumus.) ἐκληρώθημεν. id est, Sor te electi sumus. Significat Hieronymus, uerbum hoc partim a sorte, partim ab hæreditate dici, quod φῶt̄ ambiguum sit. Ambrosius legit, sortiti sumus, hoc est, in sorte, & par tē hæreditatis sumus assititi. Qui operat omnia.) τὸ τὰ πάντα φύεγοντο, Ambrosius le git, eius

git, eius q̄ cuncta creavit, si modo scriptura uacat mendo. At græca uox magis sonat, et
cuius ui & uirtute sicut iā sepius admonuimus. Atq; hoc pacto nos uertimus:

Secundū p̄positum.) Non est εὐδοκία, sed πρόδεσμος. Quæ ante sperauimus.) προκλητικότας, i. qui ante sperauimus. Hoc diuus Hieronymus refert ad præscientiam diuinā,
in qua sperauimus, & anteç̄ mūdus conderet uidelicet motus hac præpositione nō.

In quo & uos cum audisletis.) ων δοκιμάζεις ἀκούσαντες δημόσιον λόγον. i. in quo & uos qui audiatis uerbum. Diuus Hieronymus nō ineleganter legit. In quo & uos audito uerbo ueritatis. Illud admonendum, apud Græcos primam esse psonam, non secundam, nos & nostra. Cæteri ab hoc loco faciunt distinctionem, qui ante sperauimus in Christo. Deinde separatim adiiciunt. In quo & uos, ut prius illud referatur ad apostolos, siue Iudeos, secundum ad Ephesios aut gentiles. At mihi uidetur Paulus hoc loco subito mutasse psonam, sensum magis attendens q̄ sermonis leges. cum enim dixisset, ut nos essem⁹ in laudem gloriae illius, uelut exponens, quos dixisset nos, ne quis putaret eum loqui tam de Iudeis, cōtinenter adiecit, τὸν προκλητικότας, quasi dicat, cum nos dico, sentio oēs qui sperauerunt in Christo, inter quos sumus & nos. Atq; illud nos ita dicit, ut suam psonam cōiungat cū persona gentilium, cum sit doctor gentiū. Verū in hoc sensu non nihil obstrepet græca præpositio καὶ. ante. Nā si de uniuersis accipiat, q̄ crediderant in Christum, qui erunt illi, qui ante crediderunt. Nisi placet sequi sensum Hieronymi, quem cōlumniatur Rufinus, ut Origenicum quiddam respiens. Porro si placet mutare personā & legim⁹. In quo sperافتis & uos, quemadmodū legit Hieronymus, id quod ex illius interpretatione palam est, nihil est quod nos offendat præpositio. Siquidē ante referetur ad Iudeos, qui priores uocati sunt ad fidēi, & priores crediderunt in Christū. Deinde se cutae gentes. Quod si omnino placet prima psona, quemadmodū legunt Græci, tū ante præpositio referri potest, ad alios postea credituros. Nam illi inter gētes primi crediderant. Nisi mauis accipere confusam spem, quam gentiles sanabiles habebat, & ante prædicatū euāgeliū. Etsi nondū nouerant Christū, sperabant tamen aliquo modo salutem, ueluti per somniū. Euangelij salutis.) Græcis per appositionē adiungitur euāgeliū, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τὸ ἐναγγέλιον i. qui audiatis sermonē ueritatis, quod est euāgeliū salutis. In quo & credentes.) Credentes apud Græcos præteriti temporis est, πιστεύσαντες, i. postq; credidistis, uel quia credidistis, siue accepta fide, aut fideles facti.

Signati estis.) οἰστραχίωντε, quod significat, obsignati estis, quemadmodū tabulas obsignamus in pactis, quia postea sequitur de Arrabone, ut ostendat spem esse certam.

Qui est pignus.) αἴξαβωμ. i. arrabo. Atq; ita mauult legi diuus Hieronymus, & qui nō Christū refert sed sp̄ritū, hoc est, q̄ sp̄iritus est arrabo. Hieronym⁹ illud interesse putat inter pignus & arrabonem. Pignus quod Græci uocant hypothecam, datur in mutuo, arrabo in contractu emptionis & uenditionis, quo firma sit obligatio. Quod si tanta est arra, quam deus dat suis, quanta erit res ipsa, quam præstabit suo tempore?

In redēptionē acquisitionis.) εἰς απολύτρωσιν τὴς πρόποντος, i. in redēptionē acquisitionis, siue possessionis, ut legit Hieronymus, emēdans uulgatā aeditiōnē, quæ habebat in redēptionē adoptionis. Vnde cōiūcere licet, nec hāc q̄ uulgo utimur eandē fuisse cū ea, quā tūc habebat Hieronymus. Verū ille quisq; suit, mihi uide interptari uoluisse, uerbū ali⁹ oquin anceps, acquisitionis. Nam sensus est, sp̄iritum sanctū a deo datum fidelibus, uelut arrabonem, quo certum scirent fore, ut aliquando uindicaret sibi possessionē suam, quā redēptione acquisierat. Audiens fidēi.) ἀκούσας, i. audita fide uestra. Cessō gratias agens.) Græca figurā uertit, dicendū erat latine, nō cessō gratias agere. Atq; ita legit Hieronymus. Ambrosius legit, gratias agendo. Memoriā uestri.) Cur nō mentionē uestri, μνείαφ ὑμῶν, quandoquidē orantes cū deo colloqumur. Deus domini nostri.) δοξος τῷ κυρίῳ ὑμῶν. Hic palam est patrem uocari deum Iesu Christi, qđ in alijs erat ambigū. Illuminatos oculos.) Totus hic sermonis cōtextus parum cohæret, in quo tamen admīrator la-

pignus.
Arrabo.

abonat Hieronymū, uel
etiam eligrāmici sermo
nū graecū edifice, idq; di
ser lemons, nolunt mod
bus modis reddi posse. A
uolentia fidei uestra it
uolentia facere in oratio
ne det uobis sp̄iritū sapi
entia, ita q̄ hyperbat
in dno Iesu, in agnitione
uobis, memoria uestri
genitū det uobis sp̄iritū
uolentia ad det. Addit en
agnotione, i. εἰπε γένιον
Supereminenū magni
tudis. Excella magnitu
Operationem potent
tiam, seu uim pot
entia, εἰπε γένιον, quod nos
Sacrificans eum.) εἰπε
Hieronymus legit,
Sub pedibus.) νότι
Super omne ecclesi
uulnus, nō genitū,
et Hieronymus in cō
uenit in gracis codic
Christum. Ad quod fa
ctio uulnus, πάντα q̄ nō
sp̄er, siue impletur. N
ri diuus Hieronym⁹,
qui ei caput, qui ita
nō, quæ nāc in singulis
ponti, tū nāc, i. in om
nia adimpleri in on
interpretāt Vulgaris

Vm effets mortu
tibi mortuus sum
tūcū instrumenti
grace est sp̄iritū
sum. Quid peccatum
uolentia el.
dōs communificauit.) V
diuū uos referendū
fēcūs ueris.) Vestris
Pōficiūs teris hūc sp̄iritū
sot, ut appositionē coh
scipiant uolentia articula
pōficiūs nouūndū quo

mitior laborare Hieronymū, ut Paulū defendat aduersus eos, qui illū calumniabant, qđ
impitus esset græcanici sermonis, ut q solo cismis scateret, cum alias s̄e penumero ip̄e fa-
teat illū græce nescisse, idq; defendat aduersus eos qui, quod Paulus scriperat, Et si im-
peritus sermone, nolunt modestia tribui, sed uera cōfessioni. Putat autē lectionis ordinē
ad hunc modū reddi posse. Audient fidē uestrā in dño Iesu, & in oēs sanctos eius, uidēs
q; excellentiā fidei uestrā in dñm & in oēs sanctos eius, nō cesso gratias agere, & me-
moriā uestrā facere in orationibus meis, ut dñi nostri Iesu Christi deus pater, pater autē
gloriæ, det uobis spiritū sapientiæ & reuelatiōis. Porro quod sequit̄, illuminatos oculos
cordis uestri, ita p hyperbaton reddi posse putat. Quapropter & ego audiens fidem ue-
strā in dño Iesu, in agnitionē eius, illuminatos oculos cordis uestri, nō cesso gratias age-
re p uobis, memoriam uestrā facere in oratiōibus meis, ut deus dñi nostri Iesu Christi, pa-
ter gloriæ det uobis spiritū sapientiæ & reuelationis &c. At Ambrosius illuminatos ocu-
los refert ad det. Addit enim de suo, illuminatos habere oculos.

In agnitionē.) ἐπὶ γνῶσθαι, in agnitione. Cordis uestrī) διάωδεις ὑμῶν, i. mētis uestrā.

Supereminens magnitudo.) ἡ ἀπερβάλλου μέγεθος, i. sublimis magnitudo, ut Hiero-
nymus. Excelsa magnitudo, ut legit Ambrosius.

Operationem potentia virtutis eius.) Καὶ τὸν ἔνεγκαρ τὸν κράτος τὸν ἀχίζοντα, i. secundum
efficaciam, seu uim potentia fortitudinis, siue roboris eius. Nam est energia. Ac mox re-
petit ἔνεγκαρ, quod nos uertimus exercuit, nō ut uoluimus (quod aiū), sed ut potuimus.

Suscitans eum.) ἐγείρεις αὐτοῦ, i. suscitato eo. Et constituens.) Ηγέτης αὐτοῦ, i. sedere fe-
cit. Hieronymus legit. Sedere eum faciens. Ambrosius, collocauit.

Sub pedibus.) ὑπὸ διεγένετο πόδας, i. sub pedes.

Super omnē ecclesiam.) ὑπὲπ πάντα τὴν ἐκκλησίαν, i. sup omnia ecclesiæ. Ut ecclesiæ sit da-
tiui casus, nō genitiui, hoc ē, dedit illū ut sit caput ecclesiæ, p̄positus uniuersis. Atq; ita le-
git Hieronymus in cōmentarijs, consentiens cum græcis. Et plenitudo.) Et cōlunctio
non est in græcis codicibus, & ἡ πλήρωμα, uidet̄ accusandi casu legendū, ut referatur ad
Christum. Ad quod faciunt ea quæ sequunt̄. Qui omnia in omnibus adimpletur.) Τὸν
πλήρωμα τὸν πάντα ἡ πλήρωμα, i. plenitudo, siue impletio eius qui omnia in omnibus
implet, siue impletur. Nam participiū est uerbi mediū. Et utroq; modo uidetur interpre-
tari diuus Hieronym⁹, ut intelligas corp⁹, hoc est, fideles esse cōsumationē ipsius Chri-
sti, qui est caput, qui ita adimpleſ. ut sit omnia in omnibus, aut ita implet, ut oia sit omni-
bus, quæ nūc in singulos, alia in alios sparsa sunt. Verū si accipias passiue πλήρωμα, acci-
pi potest τὰ πάντα, i. in omnibus, & subaudias præpositionē κατά, ut sit sensus Christum
per omnia adimpleri in omnibus corporis sui membris simul collectis. Et in hunc sen-
sum interpretat Vulgarius, ut πλήρωμα sit ecclesia, & πλήρωμα passiue ponatur.

EX CAPITE II.

Cum essetis mortui delictis & peccatis.) Datiui sunt, non ablatiui, quasi dicas,
tibi mortuus sum. Tametsi Diuus Hieronymus ita uidet̄ accipere, quasi sit da-
tiui instrumenti, hoc est mortui per peccatum. Quod hic uertit delictum,
græce est παράπτωμα, quod Hieronym⁹ existimat esse primum illū lapsum ad
peccādum. Quod peccatum est, græce ἀμαρτία, quod grauius esse putat, cū ad ipsum
facinus peruentum est.

Et uos conuiuiscauit.) Verbum conuiuiscauit non inuenio in græco codice, ceterū
accusatius uos referendus uidetur ad uerbum superius dedit.

Peccatis uestris.) Vestris redundat.

Potestatis aeris hui⁹ spiritus) κατὰ τὴν ἀρχοῦ τὴν ἡλεκτρᾶς ἢ πνεύματος. Bifariā acci-
pi pōt, ut p appositionē cohæreat aer cū spiritu. Potestatis aeris, q; qđ est spirit⁹. Atq; ut
sic accipiam⁹ inuitat articulus τοῦ. ἢ πνεύματος. Sic enī p articulū solet̄ interpretari Graci-
us. Verū obstrebit non nihil quod sequit̄, ἢ ἐπεργοῦσθαι. Nec enim hic aer agit quicquam in

filius inobedientiae, sed instigatio diaboli. Proinde postiterit ita legere. Iuxta principem, cui ius & potestas est aeris, & spiritus illius qui agit in filiis diffidetiae. Ut aerem intelligas hanc insimam orbis partem, in qua sola regnat ille, non ueluti dominus, cum Christus dominus sit omnium, sed ut tyrannus, & non nisi nostro uitio potens. Deinde spiritum accipias, affectum mundanum, diuersum ab illo coelesti spiritu Christi, nihil amantis nisi coelestia, & utrumque genitiuum aeris & spiritus referas ad tertium qui praecessit, potestatis, quae quidem hic non est naturae, sed virtutis, ut ius & autoritate intelligamus. Ceterum huius pnomen interpres addidit de suo, cum non sit apud Graecos, ne apud Hieronymum quidem.

In filiis diffidentiae.) επ οὐσίας καὶ παρεδέσιος, i. in filiis inobedientiae, siue immorigeris. Est enim filiorum proprium, esse dicto audientes, ac morigeros parentibus.

Facientes uoluntatem.) δεληματια, i. uoluntates. Non affectus uarij sunt. Ceterum in multis codicibus deprauauerant, uoluptates pro uoluntates.

Natura filij irae.) φύσις. Pro quo quidam uerterant omnino, ut indicat Hieronymus, φ graeca uox sit ambigua. Mihi uidetur naturam opposuisse gratiam, quia paulo post sequitur, Gratia salui facti estis. Ita erat nostra natura siue nativitatis. Salus erat gratia, & ob id Christo imputanda, non nobisipsis. Et cogitationem.) @ ἡνὸς τερποπ. Hieronymus magis uidebat, pbare & mentium, distinguens peccata carnis & mentium, φ illa sint crassiora, ueluti libido, gula, ebrietas, haec animi magis uelut heresis. Ambrosius legit, consiliorum.

Per nimiam.) διὰ πολλών, i. propter multam. Et ita legit Hieronymus ac Ambrosius. Alioqui nimiū dicitur, quod sit immodicum. Et cum essemus.) καὶ ὄντας, i. etiam cum essemus. Mortui peccatis) Vitas let ambiguitatem, si dixisset, mortui per peccata. Non alioqui Paulus uocat mortuos peccato, qui iam non peccant.

Couiuificauit nos in Christo.) Nec nos pnomen, nec in præpositio est in græcis codicibus. σωζωποίοις τῷ γράψει. i. couiuificauit Christo.

Cuius gratia) Nec cuius additum est, sed tantum, χεριτοῖς στρωματιοῖς, i. gratia saluatoris. Et ita legit diuus Hieronymus, ut haec particula, cœpisse parenthesis interserat. Ceterum ordinem sermonis hoc in loco, quoniam uidetur perturbatus. Hieronymus restituat ad hunc modum. Et uos cum mortui essetis delictis, & peccatis uestris, conuiuificauit Christo deus, q̄ diues est in misericordia, propter multam charitatem, qua dilexit nos, misericordia est nostri, & cū essemus mortui delictis, in quibus aliquando ambulauimus secundum se in culū mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus, qui nūc operat in filiis diffidentiae, in quibus & nos oes conuersati sumus aliquando in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntates carnis & mentium, & eramus natura filij irae, conuiuificauit nos Christo, ut bis repetas. Couiuificauit nos, & tollas coniunctionem causalem, Deus em. Nam ita legisse uidebat Hieronymus, διὰ πολλῶν, quod hanc putet uel ab imperitis librariis adiectam, uel ab ipso Paulo propter imperitiam græcanici sermonis additam. Quādque utramque coniunctionem facit, quo minus absoluat superior orationis pars, Cū essetis &c. Verē opinor Paulū addidisse coniunctionem & aduersariā, ut redderet contraria partē sugioribus, hoc est, conuiuificatos esse, ei quod est mortuos esse peccatis, & quoniā intermisuerat multa, uelut ad nouū orationis caput addidit præpositionē. Melius autem erat, si dixisset, nihilominus de couiuificauit. Et cōresuscitauit, & cōsedere fecit.) σωζόγετε καὶ σωματισθε, i. pariter cū illo suscitauit, simulque cū illo sedere fecit. Gratia em. Enim non addidit in nonnullis Graecorum codicib⁹. Sicut nec paulo inferius, Dei em donū, em non addidit, quād ita legit Ambrosi⁹.

Ipsius em sum⁹ factura.) ποίησα. Ambrosi⁹ legit, figmētū, uelut aliqd e materia factū.

In opib⁹ bonis.) εἰπεγνοῖς αγαθοῖς, i. ad opa bona. Quād pparauit de⁹.) οἱ, i. quibus, ad homines arbitror referendū. Tāetli iuxta græcanici sermonis pprītatem, & ad opa referri potest, ut datiuus græcus in accusatiū uertat. Quādmodū legit Ambrosi⁹, quād pparauit deus, & itē Hiero. Ab ea q̄ dicit circūcisio.) ὑπὸ τῆς λεγομένης ποιημής, i. ab ipsis Iudeis. Nā græca lucidiora sunt. Et manufacta, referēdū est ad circūcisionem, nō ad carnē.

Qui eratis

Legendum, o
rū, ut illa critica coni
lentia & observatione,) s
obliges testamentoq
ente. Allusit enim ad i
ra iure ciuium. Ei
perthus offendit minu
hoc mūdo. Hoc redū
medium patrem in
natas referatur ad in
tearit, & akerum 7. u
in opib⁹ bonis, quasi dic
tent dirū, ut stat u
decretis evaucans.) I
tent legem, imo abo
lio quam citat Hiero
mū decretis, & evauc
in uno nouo hoie,) l
icell crearet, siue par
ne, nō repetit Graci
elutū cū quis introdu
peregrini & incola, si

Sed elitis ciues, i. à
Angulari lapide,) u
ngulo adficerit, qui lo
ca, in qua structura C
limicittas in semine
di Christum. Siquid
sit, i. in seipso, haber
tratur. Etiam si fecus
Ipsō summō angulari
lū, & ἀπόγονον, i. in
Constrūcta,) Grace si
pportata, Hieronymus le
tam in hoc angulari la
sin templū dominū
spiritū sancto.) Sanc

In fūs Christi l
bis,) tis uicis, i. in
modū. Huius re
gallis ex getib⁹
appulsa paulo ante su
aet nobis in uobis, q̄ ell
uarellū simile, faceri P
nūtū. Poterat & hoc pac
nūtū. Iam Ego Paulus u
lūpūfūnū, siue adm
uātūtūtū mysterium,

Qui eratis.) Legendum, quia eratis, aut quoniam, ut legunt Ambrosius & Hieronymus ὅτι ἦτε, ut sit iterata coniunctio, quasi posuisset, & inquam eratis.

Alienati a cōuersatione.) τωλύτειας, i.e. a ciuitate, siue a republica Israel.

Et hospites testamentoꝝ) Εὐεοὶ θνῶν διαθηκῶν. i. peregrini, siue extrarī, a pactis siue testamentis, Allusit enim ad rem publicam, cuius modo meminerat, unde hospites uocat, alienos a iure ciuium. Et sine deo.) ἄθεοι, qui nullum credunt esse deum, & αθεότης, qua Plutarchus ostendit minus malum esse ꝑ superstitionem σεισθαι μονίαρ.

In hoc mūdo, Hoc redūdat. Nisi & opinor interptē uoluisse reddere uim articuli τοῦ. Et medium parietem maceriae soluens inimicitias.) Græci ita distinguūt, ut accusatiꝝ inimicitias referatur ad inferius uerbum. Et mirum cur cum ὁ ποικιλός uerterit in uerbū, nō mutarit, & alterum λύσας, i. qui soluit, aut soluto pariete. Rursum græce est, τομέστιχος τοῦ φραγμοῦ, quasi dicas, interstitium septi siue sepi. Et apud comicum, Mitio iubet maceriam dirui, ut fiat una domus. Id ergo qđ dirimīt ædes ab ædibꝝ, μεσότιχοι uocat.

Decretis euacuans.) In præpositio omessa totum subuertit sensum, quasi decretis abi oleuerit legem, imo aboleuit legem sitam in præceptis ac decretis hominum. Quædam æditio quam citat Hieronymus, habet in dogmatibus, usurpata græca uoce, Ambrosiꝝ legit in decretis, & euacuans præteriti temporis est, quasi dicas antiquata lege.

In uno nouo hoie.) In unū nouū hominē, est græce, εἰς ἓν καὶ νῷ ἀνθρώπῳ. Et cōderet, hic est crearet, siue pararet, κτίον, uelut explicans sententiā. Et pacē ἱς qui prope.) Et pacē, nō repetit̄ Græcis. Habemus accessum.) Ποσαγωγὴ, i. aditū, siue introductionē, ueluti cū quis introducit̄ ad cōspectū principis Hospites & aduenae) Εὐεοὶ οἱ πάροικοι, i. peregrini & incolæ, siue accolæ, hoc est, Qui aliunde cōmigrarunt in alienam ciuitatem.

Sed estis ciues.) ἀλλὰ σιμπολιται, i. conciues.

Angulari lapide.) Græcis unica uox est, ἀκρογωνιαῖον, qua significatur summus lapis in angulo ædificij, qui solet esse ualidissimus. Est autē ablative absolute positus, ueluti dicas, in qua structura Christus summus est in angulo lapis.

Inimicitias in semetipso.) ἐφαυτῷ. Hieronymus legit, in ea, ut referatur ad crucem, nō ad Christum. Siquidē & crux apud Græcos masculini generis est. Verum si reciprocū esset, i. in seipso, haberet & aspiratum, ἐμαυτῷ, quāđ ne id quidem a græcis scriptoribꝝ obseruatur. Etiam sī secus legit Ambrosius.

Ipsō summo angulari lapide.) Et hic ablative ponit absolute, ac si dicas, Christo duce, ὃντες ἀκρογωνιαῖον ἀντὶ ικεσοῦ χριστοῦ, i. ipso Iesu Christo ente summo lapide angulari.

Constructa.) Græce significantius, σωματολογία, i. coagmentata, siue cōmissa, siue coaptata. Hieronymus legit, cōpaginata. Ambrosius, cōpacta. Nec significat omnē strūcturam in hoc angulari lapide cōpactam esse, sed quæcūq; illo lapide cōnectat̄, eam surgere in templum domini. Est enim participium præsentis temporis, σωματολογία.

In spiritu sancto.) Sancto redundant iuxta græca & Ambrosium.

EX CAPITE III.

Vinctus Christi Iesu. Vinctus nomē est Græcis δέσμωθ. Data est mihi in uobis.) εἰς ὑμᾶς, i. in uos. Hunc quoq; locū ἀνακολαθόμ. Hieronym⁹ reddit ad hūc modū. Huius rei gratia ego Paulus vinctus Iesu Christi, & vinctus p uobis q; estis ex gētibus, cognoui mysteriū, ut uobis quoq; illud traderē, sicut in hac eadē epistola paulo ante sum locutus. Debetis aut̄ audire dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in uobis, q; estis ex gētibus, p qbus & vinctus sum Iesu Christi. Quāđ estimat esse simpliciꝝ, fateri Paulū in aliena lingua balbutisse, & sensu magis ꝑ uerbis æsti mandū. Poterat & hoc pacto tolli sermonis impfecti incōmodū, si subaudias uerbū substantiū, sum. Ego Paulus vinctus sum Iesu Christi. Dispensationē gratiæ.) δικονομία, i. dispensationem, siue administrationem. Notum mihi factum est.) ἐγνώσθη μοι, i. notum mihi fecit mysterium, quod rursum interpres uertit, sacramentum.

Sicut supra

Sicut supra scripsi.) καθὼς προέγραψε. i. sicut ante scripsi, ut Ambrosius. Praescripsi, legit Diuus Hieronymus. In breui.) ἐπολιγώ. i. in modico, legit Hieronymus & Ambrosius. Significat enim se paucis de his scriptis, ut graeca exponunt scholia. Poteſt esse ſenſus & paulo ante. Meminit enim de his qui procul eſſent, gentes ſignificans.

In ministerio Christi.) ἐν τῷ μυſterio. i. in mysterio, quod ſolet uertere sacramentum.

Non eſt agnitus.) δικη ἵγνωσις. i. non eſt notificatum. Alijs generationibus.) Aperi-
tius eſt, quod legit Ambrosius, Alijs ſaculis. Nam de artibus loquitur, nō de natib⁹.

In ſpiritu.) Graecis additum eſt sancto. Eſte gentes.) εἴναι τὸν θεόν. i. ut ſint gentes.

Concorporales) σύνωμα, quaſi dicas, unius corporis. Promiſſionis in Christo Iesu)
Deeſt αὐτοῦ. i. ſua. Omniū ſanctorum.) Legitur apud Graecos etiam, ἀνδρῶπωμ. i. ho-
minū, & ἀλλαχιστέρω. i. infimo, ut uerit Hieronymus. Sed Paulus ut magis ſe diſimiruat
e ſuperlativo finxit comparatiū, ac ſi dicas, infimiori pro infimo, aut poſtremiſſimo.

Inueſtigabiles.) ἀνεξιχνίαſον πλοῦτον. i. imperueſtigabiles diuitias.

Et illuminare.) ηγή φωτίσαι πάντας. Ambrosius non addit omnes, & ſermo cōmodior eſt. Nec apud Hieronymū ulla mētio, huius nominiſis additi. Neq; Paulus illuminat ho-
mines, ſed in lucem profert, & quod ante fuerat reconditū, facit omnibus perſpicuum.

Quæ ſit diſpenſatio.) Legit & δο πλοῦτον. i. qua diuitiae. Rurſum μυſterio uerit ſacra-
mentum. Qui omnia creauit.) διὰ ἱκοῦ χριſtοῦ. i. per leſum Christum, additum eſt hoc
loco apud Graecos, quaſi Hieronymus non habet, nec Ambrosius.

Vt innotescat.) ἡνα γνώσθη νῦν. i. ut innotescat nunc. Et nunc Hieronymus legit addita
cōiunctione, ſi modo codex mendo uacat. In potefatiſbus coeleſtib⁹) ἐμ της ἐπαφωνος
i. in coeleſtibus. Per eccleſiam) διὰ τῆς ἐπαφωνος, Præpofitio per, hoc loco ſignificat in-
strumentum, quaſi dicas, opera eccleſia. Multiformis ſapientia) παμποικιλοθ. i. maxi-
me uaria, & modis omnibus uaria. Nam πᾶν in compositione additū, adiungit epitaſin.

Secundum præfinitionem.) Ηὕ ποθεομ. i. secundum propositum, ut legit Hierony-
mus. Et fiduciā eſt πατροῖα, quaſi Ambrosius uerit libertatem. Eſt autem audacia libe-
re loquendi. Quam fecit) ἦν ἐποιημ. Sermo graecus anceps eſt. Nam graecus articulus
refere potest uel ſapientiam, uel præfinitionem, quam Ambrosius & Hieronymus p-
ropositum uocant. Si ad propositum referatur, ſenſus eſt iuxta tempus quod proposuerat
ſive præfinierat in Christo. Si ad ſapientiam, intelligis in Christo factam, hoc eſt creatam
fuſile ſapientiam. Atq; hic ſenſus posterior magis probatur Hieronymo.

Quæ eſt gloria.) In quibusdam graecis codicibus habebatur, quæ erit, ἡτοι εστι.

Omnis paternitas.) πᾶσα πατρια. i. omnis familia, ut indicat & Diuus Hieronymus in
cōmentarijs. Idem aduersus Heluidium ſcribens fatetur Latinos paternitates uocare,
quas Graeci uocat πατρια, cum ex una radice multa generis turba diffunditur. Sed apud
Graecos manet alluſio uocum, quam Latinus conatus eſt obſeruare. Iam queſtiones illæ
quas mouet hoc loco Diuus Thomas Aquinas, num qua paternitas ſit in coelo, & num ois
paternitas quæ eſt in coelo & in terris, deriuata ſit ab ea paternitate, quæ eſt in diuinis, q̄
apte pertineant ad hunc locum, uiderint Theologi, quandoquidem uocem, unde queſ-
tionem omnem elicit, non intellexit. Certe alibi interpres uerit familiam, uelut in psal-
mo, Oēs familiæ gentium, πατρια. Quod apud Hebraeos eſt נָא מִשְׁבָּחָתָה גּוֹיִם
Verum interpres affectauit reddere uocum affinitatem, pater & paternitas. Atqui ea
non erat tanti, ut huius gratia fuerit perdenda ſententia.

Virtute corroborari.) δωδεκα. i. uirtute. Manifestior eſt ſenſus, ſi graeca infinita uer-
tisſet per uerbum ſubiunctiuum, ut corroboremini.

Scire etiā.) Nō eſt initiu noui capitū, ut ſit opus etiā, γνῶντες. i. ſcireq; uel ut ſciretiſ.

Supereminentē ſcientiæ charitatem.) Incertum eſt datiu ne caſus ſit, ſcientiæ, an ge-
nitiu, ut aut intelligas charitatem Christi ſci, quæ ſit maior q̄ ut cognosci poſſit, aut ut
intelligas eximiā dilectionem cognitionis. Sed prior ſenſus uerior, & magis quadrat
ad graecum

ad græcum sermonem. Tametsi posteriorem sequitur Hieronymus.

Ei autem qui potens est omnia facere.) Grace est, ὃ πέπιστα ποιήσει, i.e. super omnia facere. Atq; ita legit Ambrosius & Hieronymus.

Supabundatē q̄ petimus.) ὃ πέπιστα περιέχειν περιέχειν, i.e. ex abūdantī sup ea q̄ petim⁹.

Sublimitas & profundum.) καὶ βάθος οὐ μόνον, i.e. & profunditas & sublimitas. Hieronymus, Et profundum & altitudo. In ecclesia & in Christo.) Copula & redundat.

Quam petimus aut intelligimus.) ὃ μάκρα περιέχειν περιέχειν, i.e. quae petimus aut cogitamus. Sic enim emendat Laurentius.

EX CAPITE IIII.

Digni uocatione.) Addidit nominis casum aduerbio, quasi dicas, Cauit simili-
ter tibi. Cum omni humilitate.) ταπειοφροσών, quae significat animi habitū
contrarium arrogantiae. Nam humilitas quae ταπεινωσι, aliud quiddam signifi-
cat. Et ob id Ambrosius addit, humilitate animi, ne fortunæ humilitatē acci-
peremus. Cum patientia) μακροθυμία, i.e. longanimitate. Ambrosius sic legit, cū omni
humilitate animi & modestia, cum magnanimitate, ut autē exprimeret ταπειοφροσών,
usus est circuitione. Solliciti seruare.) αποστολούσι, i.e. studentes. In vinculo pacis.) φί-
λοι σωμάτου, quasi dicas, in colligatione & concatenatione.

Qui super omnes & per omnia.) Satius erat in eodem genere perseverare, & nō mi-
scere res personis. Super omnia & per omnia, aut sup omnes & per omnes. Nam apud
Græcos incertum est genus. Hieronymus magis uidetur amplecti neutrū genus, addu-
cens illud Vergilianum, Deum nāq̄ ire per omnes, Terrasq; tractusq; maris, cœlūq; pro-
fundū. Ambrosius manuit genus masculinū, Sup omnes, per omnes.

Ascendens in altum.) ἀναβαῖς εἰς τὸ θρόνον. i.e. postq; ascenderat in altum, præteriti temporis,
Iā testimoniu qd adducit, est psalmo sexagesimo septimo. Hebræa ad hūc habet modū,
על ימיהו שְׁבִי לְפָנֶיךָ מִתְּנוּ בָּרָם Septuaginta transtulerūt hoc pacto.
אַמְּרוּ אֵלֶיךָ וְעַל־יְמִינְךָ אַחֲרָנָה וְעַל־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל. Paulus sciens ac
prudens ab Hebræis unicam dictiōnem mutauit, ut indicat Hieronymus hunc edisse-
rens locum. Cū enim apud illos legatur, Accepit dona in hominibus. Hic mutauit, De-
dit dona hominibus. Nec ea uarietas quicq; officit sententiæ, quādoquidem in psalmo,
promittitur futurum, quod nōdum erat factum, & ob id dicit accepisse dona, quae post
elargiretur. Hic quoniam apostolus describit, quod iam erat factum, fundatis ubiq; p or
bem ecclesijs dedisse scribit, non accepisse. Quod autē ascēdit, ἡ διάνεξη, τί Κύριος, i.e. illud
autē quod dictū est ascēdit, qd est &c. Ad cōsumationē sanctorū.) πρὸς τὴν καταρτισμὸν.
Hieronymus legit, ad instructionē. Significat autē & refectionē siue reparationē. Docto-
res em̄ luccurrūt lapsis & deiectis. In agnitione filij dei.) Et agnitionis fidei. Et ita le-
git diuus Hieronymus, qui & alibi monet, pprie agnoscī quod antea fuerat cognitum.

Et circūferamur.) Græcis est participiū, περιφερόμενο. i.e. circūacti. Si tēpus responderet
& paruuli, est νήπιοι, quod ita significat pueri, ut & parū prudentē significet. Et omni uē-
to, rectius erat quo uento. Nā græca uox παυτή anceps est. In negtiā hoim.) ὃ κυεῖται
quod uerbū ductū est a lusu tesseraꝝ, in quo q̄ potest, imponit & circūuenit alteri, etiā
Faber mutat p negtia, cōfusionē & pturbationē, sed deceptus (ut uideſ) similitudine fi-
guræ κ, quae cappa uideri possit, itaq; κυεῖται legit p κυεῖται, cū sit β. Videſ autē uerbū esse fi-
ctū a κυεῖται, quod est tesseraꝝ ludo, quod in huiusmodi ludis arte opus est, & qſq; nītitur
circūuenire collusorē, si possit, ad suū dūtaxat cōmodum spectās, ut κυεῖται dicere possis
aleationē, hoc est uersutiā, & fallax artificiū, uel poti⁹ artificiosam fallaciā. Idq; Hierony-
m⁹ ad Dialecticorū argutias & insidiosas captiōes refert. Hæc cū animi nostri cōjecturā
tætis magnopē p̄babilē secuti literis, p̄didiſsem⁹, nacti Vulgarij ep̄i Paulinas ep̄las cō-
mētarios haud q̄q; asp̄nādos, cōpim⁹ & illū nobiscū sentire, cui⁹ eqdē x̄ba, qd ad hāc rē
ptinet, nō grauabor ascribere, κυεῖται λέγοντ̄ δι τῆς πεποίησης κεχρημάτων, γνωντ̄ εἰσηγότι θέλωνδι

Cybeus

παλι μετατίθεται τοις αφελεστέραις πάσαις πεπόνισ ὡς βούλοντι. i. *Cybeuta dicunt*, quia talis utitur, eiusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores seu talos, propter volūt. Mā in quidem latifaciēbat mea coniectura, tam consentanea uero. Ceterum, quoniam non nullos magis cōmouet autoritas ē ipsa res, Græci interpretis suffragium addidimus. Illud admonet Hieronymus totum hūc locum, si quis græca legat, manifestiore esse. Sed dum Latinis ad uerbum redditur, sensum fieri obscuriorē. Hieronymus legit, in fallacia hominū, in astutia. Ad circumuentionem. Τοις πάσαις πεπόνισ Dicatum est autem a πεπόνι, quod est hominē adoriri ex insidijs. Et erroris, οὐ πλάνη, melius uertit set imposta. Nam πλάνη & decipientis est at error decepti. Mirum est autem quid fecerūt Ambrosius legerit ad remedium erroris.

Veritatem autem faciētes. ἀληθευούτε, i. ueritatem lectantes. Nā ἀληθεύει, est uel pra-
flare quod dixeris, uel uera loqui. Nam hoc opposuit τῇ κύβεα ἡ τῷ τάλαιν, hoc est, uersa-
tiæ & imposturæ. Crescamus in illo. ἀνέκτω μὲν εἰς αὐξέντα πάντα, i. augeamus in illum
omnia. Sic quidem emendat Laurentius. Ego sane puto recte uerti posse. Augescamus
in illum per omnia, ut ad τὰ πάντα, subaudias præpositionem κατά. Tametsi Hieronymus
legit, Ut augeamus in ipso omnia. Et item Ambrolius. Si tamen codices mendō uacant.
Nec ab his dissentit Vulgarius. Proinde sequatur lector, quod maxime probauerit.
Etiam si nostra lectio ab horum interpretatione minimū dissideret, præsertim cū mox seq-
uiat, τὴν αρεσκεῖν τῷ σώματι Θ. Cōpacū. σωματικόν μέσον qd ante uerterat cōstrucū.

Connexum.) συμβαζόμενον. i. coagmentatum. Hieronymus legit conglutinatum.

Per omnem iucturam.) ~~aperte~~, quod non possis aptius uertere, q̄ comitetur. Est enim
~~aperte~~ comissio, sic ut utrūq; se mutuo contingat, ueluti membrum membro connexum.

Secundum operationem, κατένεργειαν, Rursum est illud nomen toties obuiū, quod actum ac uim occultam significat. Sentit de spiritu uitali, qui a capite proficiscēs, impatit uim suam, non omnibus parem, sed quatenus conduceat toti corpori. Ad eum modis interpretatur & Vulgarius, ut ἐνέργεια, quam hic operatione uerit, pertineat ad actu spiritus Christi in membris suis, non ad opera nostra, quemadmodum exponit Lyranus. Thomas ita moderatur interpretationem, ut uideatur utriusq; sensisse.

In mensura.) in mensura, etiam si dissentientia Latina exemplaria, ut intelligas in corpore cuique membro, iuxta suum modulum impari de uita corporis & alimento.

Vniuersitatisq; membris.) $\mu\epsilon\tau\sigma.$ i. partis. Quanq; exiguum discriminem inter $\mu\epsilon\tau\sigma$ & $\mu\epsilon\tau\sigma.$

In ædificatione sui.) *Ex*v*. i. l*uijplius*.* In domino.) Quidā græci codices habent, i*w*
προς τὸν θεόν, i. in conspectu dei. Sicut & gentes.) Nōnulli codices habent, Sicut & reli-
quæ gentes, τὰ λογιστικά βιβλία. In uanitate lensus) *voc*, i. mentis, potius q*uod* sensus. Atq*ue* ad eū
modum mox ueritis interpres, Renouamini spiritu mētis uestræ. Valla iure taxat eos, q*uod*
sensum interpretantur, sensualitatem, cum Græcis, *voc* sit ea pars animi, quæ maxime se-
mota est a materia corporis, quæq*ue* sola putatur aliquid agere sine corporis organis.

Obscuratum habentes intellectum.) εκοτιονών τη διανοία. i. obscurati cogitatione, siue animo. Hieronymus legit, Obscurati mente. Ambrosius, Obscurati intellectu. At nos stet interpres hoc sane loco clarius extulit ὅτες.

Alienati à uita.) Ab alienati, ἀπόλιτοι. i. ab alienati. Et ita legit diuus Hieronym⁹,
A uita dei.) Quidā codices habent, a uita dei, sed mendose. Est enim, a uita, τὸ ζωής. Am-
brossius legit, a fide dei. Potest & hic esse sensus, a uita, qui est deus. Id enim indicant arti-
culi utrōbicq; appositi. Per ignorantiam.) διὰ τὴν ἀγνοίαν, propter ignorantiam.

Et cæcitatem.) πέρωσις, quod magis sonat exæcrationem. Mirum unde Ambrosius legat pro cæcitatem, durisiam, nisi forte codex illius pro πέρωσις habeat στολην πέρωσις.

Qui desperantes semetiplos.) οὐτινες αποληγνωτες εαυτης προσδικημει. qui si cordia detineti tradiderunt semetiplos, emendatore Valla. At Diuus Hieronymus existimat recte averti posse, indolentes pro desperantes, quod uox hinc uidetur deducta, cum quis ua-

eat dolore & sensu sui mali, & ob id stupens fertur in omne uicium. Ad eundem modum interpretantur græcanica scholia.

In avariciam) In avaricia, ἐπιλανθάνεσθαι, quod proprie dicitur quoties alio fraudato plus sibi vindicat aliquis & par est.

Sitamen illum.) εἰγέ, id est siquidem, aut si sane.

Deponite uos) Græce sic est αποθέωσαι νυκτα, ανανεῦσαθαι, i. depositisse uos uerem hominem, & renouatos fuisse spiritu, & induisse nouum hominem. Aut, ut legit diuus Hieronymus. Deponere uos, ut referatur ad didicistis, sed tum omittendum erat pronomen uos. Nam is ordinat in hunc modum. Vos autem non ita didicistis Christū si tamen illum audistis, & in illo docti estis, deponi uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta desyderia erroris.

Renouamini autem.) Et hic infinita sunt sicut admonuimus quae possunt pariter ad idem referri, si didicistis.

Irascimini & nolite peccare) Id quemadmodum e psalmo sumptum est, ita iuxta formam hebraei sermonis extulit. Nam sensus est, si continget irasci, tamē ne peccetis, hoc est compescite iram. Nec enim Paulus iubet nos irasci, sed iram nō uult esse diuturnā, nec ad iniuriam usq; progredi. Nec est iracundia græce, quæ uox latinis, non tam iram, & naturæ uicium aut certe habitum significat animi facile irascentis, sed παρογήσουσ, id est iram, siue commotionem, aut irritationem, ut intelligamus ei qui lacesitus sit iniuria, etiam si quid doleat, tamē eū dolorem breuem esse oportere, & citra retaliationem iniuriae debere consistere inter Christianos. Deinde diabolo, haud scio an hic pro calumniatore possit accipi. Sitis inquit concordes, ne si iuste etiam ulciscamini, præbeatis anam calumniandi gentilibus.

Et sanctitate ueritatis.) ἐπιστολὴ τῆς ἀληθείας, Ambrosius legit, in ueritate & iusticia. Verti poterat in religione ueritatis.

Cum proximo.) μετὰ ἄλλοι. i. ad proximum. Tametsi recte uertit interpres.

Nolite dare.) μάθε διότι, i. necq; deris, & diabolo uerti poterat calumniatori.

Manibus suis.) τῶν ιδίων χερσὶ, i. proprijs manibus. Quanq; hic ιδ' οὐ & ξανθὸν per idē pronomen suus perpetuo consuevit uertere. Quidam codices non adduunt suis, ut nec Ambrosius. Quod bonum est.) Poteſt legi per parenthesim, quod bonum est, quæ res bona est, uel operetur rē bonā, hoc est nō e turpi opificio quaerat uictū, sed honesto. Necesitatem patienti.) τῷ χειρὶ ἔχοντι, i. opus habenti. Et est ἵνα τῷ μεταδιόντι . i. ut possit impartire. Nam τῷ adiunctū uerbis infinitiuis, aliquoties usurpatur p̄possum. Sermo malus.) λόγῳ συπρὸς, id est sermo spurcus.

Aedificationem fidei.) τῷ χειρὶ, id est utilitatis lego non fidei. Hieronymus testatur emendasse se, ad aedificationem oportunitatis, sed in latinis codicibus pro oportunitatis legi fidei, propter euphoniam, atq; ita legit diuus Ambrosius.

In die.) εἰς ἡμέραν, i. in diem. Ira & indignatio.) θυμὸς Κρόνη, i. ferocitas & ira.

Inuicē benigni.) χρηστοί. Hieronymus putat rectius uerti suavitatē, q; benignitatē ut opponatur amarulentia & asperitati morū. Nam & χρηστούς diciti sunt, uehemēter comes & blandi. Benignitas enim proprie ad dandum pertinet, hoc est ad liberalitatem.

Misericordes.) εὐαλεῖχνοι, quod nō solum ad misericordiam, sed ad omnem pietatis affectum pertinet, quasi dicas bonorum uilcerum. Nam uiscera pro affectibus usurpant diuinæ literæ.

Donantes inuicem.) χαριζόμενοι εἰστοῖς, i. donantes uobisipsis, ut intelligas quod in aliis benefeceris, id tuo bono tuoc̄ lucro fieri, magis q; illius qui accipit. Ita Hieronymus. Necq; hic est donantes, pro condonantes seu ignoscentes positum, sed χαριζόμενοι, id est largientes seu libenter dantes.

Donauit uobis.) ἡμῖν, id est nobis, prima persona. Tametsi græci codices uariant.

EX CAPITE QVINTO.

IN odorem suavitatis.) εἰς δομήν εὐωδίας, id est in odorem redolentia sine fragrantia.
Hieronymus in præfatione Zachariæ reddit odorem bona fragrantia.

Nec nominetur.) μηδέ οὐομαλῶσι, id est ne nominetur quidem.

Aut tuitudo, aut stultiloquii.) Græcis hoc loco nō reperitur, aut sed &.
Aut scurrilas.) εὐτράπελια, i.e. facetia sive lepos. Nam in bonam partem apud philosophos accipitur. Sentit aut̄ urbanitatē scurrilem, & indignam graui uiro. Tametsi Hieronymus eiusmodi quoq; sales qui tñ risus causia dicuntur indignos esse putat uere christianis, adducēs illud ex hebraico euangelio, nunq; laeteris, nisi cum uideris fratrem tuū in charitate. Evidem ut iocos utcunq; tolero, modo docti sint, & sale conditi, ita non ferio quosdam, quoties urbani uideri uolunt, e diuinis literis ad suas ineptias detorquene aliquid. Cæterum quod sequitur gratiarum actio græcis est εὐχαριστία. Id uerbi diuus Hieronymus interpretatur gratiolitatem seu gratiam, quod apud hebraeos gratiosus & gratias agens eodem uerbo dicitur. Putat enim in proverbiis ita scriptū γεννεῖ εὐχαριστία, εὐθύνει δόξαν, id est mulier grata suscitat uiro gloriam. Nam cæteri quoq; interpretes, Aquila Theodotion, & Symmachus uerterunt, χαροποιο, id est gratiosa, non εὐχαριστοε. Hæc huc tendunt, ut sermo christianorum absit a scurrilibus iocis, sed sua quadam gratia conditus sit. Verum id lectori expendendum relinquō, mihi Hieronymianum cōmentum hoc loco non usq;quaq; probatur.

Quæ ad rem non pertinet.) τὰ δικαιάνωντα, i.e. nō conuenientia, sive quæ nō conueniuntur.
Scitote intelligentes.) εἰς γνώσκοντας, id est litis cognoscentes, quanq; quidam codices habent εἰς, id est sciatis, ut congregatio epitalis habeat.

Quod est idolorum seruitus.) εἰς τὸν θεολόγον, id est qui est idolorum cultor. Hieronymus legit, qui est idolis seruiens, De uoce πλεονεκτεῖ admonet diuus Hieronymus à πλεον ἔχει dictam, ubi quis occupat alienum. Proinde superius aliquanto ne quis circumuerat in negocio fratre, de adulterio interpretatus est, & hic πλεονεκτεῖ putat pro fornicatione accipi posse.

Venit ira.) εὐχεταὶ, uenit hoc præsentis temporis est aut certe futuri.

In filios diffidentia.) απειδεῖ, i.e. inobedientia, sive incredulitatis, quemadmodum ante meminimus. Hieronymus putat rectius uerti insualabilitatis, quos nos intractabiles appellamus. Participes eoru.) συμμετοχοι, i.e. cōparticipes, id est ne litis participes majorum cum illis. Agit enim de fructibus impietatis.

Fructus enim lucis.) Græce est, fructus em̄ spiritus δὲ γεννητός τὸν πνεῦματος. Quanq; latini codices & consensus interpretū refragatur huic lectioni.

Beneplacitum deo.) Grace est domino.

Magis autē redarg.) Omessa est coniunctio, &, καὶ, & redarguite pro arguite. Ambrosius legit obiurgate, sed accommodatus erat arguite ἀλεγχίτε. Siquidem ipsa lux bona uita arguit & prodit turpia facta tenebrarum, etiā si nū il obiurges. Memor igitur metaphoræ subiecit, magis autē arguite. Arguit enim qui reprehēdit & reuincit, & arguit qui prodit. Et sermo qui consequitur, Omnia autem a luce manifesta, magis exigit, ut legamus arguite p̄ prodite, q̄ p̄ obiurgate. Quanq; hic quoq; legit Ambr. obiurgant.

Omne enim quod) τὸ φανερού μενον, quoniam participium est medium, ambiguum redidit orationē. Nam potest esse sensus. Quicquid manifestatur lux est. Aut quicquid manifestat, lux est. Apparet autem potius aetiu legendum q̄ passiu, nisi me moueret aetius. Participo appositus non nomini, interpretarer ad hunc modum, Id quod omnia manifestat, lux est τὸ πᾶν φανερού μενον φῶς εἴναι. Quicquid enim celat nox & caligo, id lumen retagit aperiq;. Ex sancta piorum uita, & ex prædicata ueritate, omnia palam sunt, quæ ab hac dissident.

Surge qui dormis.) Id quod Paulus citat, Hieronymus negat usq; reperi in diuinis literis

literis, sed uel ex apocryphis de promptū existimat, uel ab ipso Paulo propheticō spiritu proferri. Et illuminabit te Christus, καὶ ἐπιφάνεια σοι. i. & illucescet tibi Christus, siue orietur tibi Christus, ut uertit & emendat diuus Hieronymus. Caterū quod idem admonet a quibusdam legi, non ἐπιφάνεια, sed ἐφάγεται, id est continget, qui uelint hoc uideri dictum a Christo pendente in cruce, ad Adam illic sepultum, qui sanguine redemptoris cōtactus uitam receperit, coactius est, & Iudaicas sapit fabulas. Quād ita uideole gisse Ambrosium. Et exurge de mortuis, & continges Christum.

Videte igitur fratres.) Fratres non est apud Gracos.

**Cauta ambuletis,) exp. 186. i. diligenter & accurate, nimis rur in tanta luce. Vnde bene
dixit, uidete, quod in tenebris non licet cernere.**

Redimenter tempus.) ἐγαγόμενοι, quasi mercantes & ementes. Et tempus hic occasione sonat sive oportunitatem, quam uult emi ceterarū rerum dispendio. τὸν καιρὸν

Mali sunt.) πονητι, quod ipsum uerbum ambiguum est ad afflictum & sceleratum.

In quo est luxuria.) *αὐτοῖς τι λαχεῖν*, hoc admonui, ne quis hic luxuriam accipiat pro hibidine, ita ut uulgaris facit. Nec video cur Faber malit pro luxuria insalubritatem, quasi hoc agat Paulus ceu medicus, ut simus salubri corpore, temperantes ab ebrietate. Jam dictio quæ mea sententia, non simpliciter refert uinum, sed totam orationis particulam, quæ præcessit. Nolite inebriari uino, in quo, hoc est in qua re, & in qua uini temuletia est luxus. Impleamini spiritu sancto.) Græce est, sed implemunt spiritu, ἐπ πνεύματι. Id operposuit temuletia uini. In psalmis) In redūdat *ταλαυδίς*, Nec est in cordibus, sed in corde. Cæterum psalmus & hymnus utrumq; græcū est. Illud significat cantionem, hoc laudem, sed proprię dei. Et hæc opposuit ebris cantionibus.

In uerbo uita.) Vita apud græcos non additur, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum. Ut exhiberet.) Iva τω αγασθινων αυτω ειντω, id est ut adiungeret eam sibi ipsi. Et continuo additur gloriosam, ενδοξην, deinde την εγκλησιαν, i. nempe ecclesiam.

Sancta & imaculata.) C^oμωμθ, irreprehensibilis. Ita & uiri,) & coiunctio redūdat.

Vt corpora sua,) **ως τὰ ξανθὸν αὐμάτα, id est ut sua ipsorum corpora.**
Corporis eius.) **Potest legi & eiusdem pro eius αὐτόν.**

Propter hoc relinquet.) αὐτὶ τούτου, id est pro hoc, uel loco illius. Quod quidem annotauit & diuus Hieronymus pro ἔνεκεν τούτου dictum a Paulo αὐτὶ τούτου, quod ferme ualeat, quasi dicas pro patre ac pro matre. Testimoniu assumpsit ex Geneios cap. secundo, sed suo more decerpens, quod ad præsentem locum commodum uidebatur. Nam omisis pronominibus suum & suam, tantum posuit patrem & matrem. Deinde quod erat in medio & adhæredit uxori sua, prætermisit, & annexuit quod sequitur, & erunt duo in carne una, quod id efficacius sit ἢ adhærere, nempe e duobus unum hominem fieri. Et adhæredit.) οὐ προσκολλήσεται, id est adglutinabitur. Nec est uxori sua, sed ad uxorem suam. In carne una. οὐ σύρκα μιαρ. i. in carnem unam, hoc est e duobus fiet unus homo. luxta proprietatem hebraici sermonis, qui totum hominem carnem appellat nonnunq; nonnunq; animas ipsos homines vocat. Itidem apud Gracos δέμας λαρε pro homine positum reperies. Verum de hoc alias a nobis dictum est.

Sacramentum hoc, i. ~~mis~~ proprium mysterium. Id nolui eos nescire, qui ex hoc loco faciunt matrimonium unius ex sacramentis, non quod de hoc sit dubitandum, sed quod ex hoc loco non magnopere colligatur. Siquidem particula aduersaria. Ego autem, satis indicat hoc magnum mysterium ad Christum & ecclesiam pertinere, non ad maritum & ad uxorem. Nec enim in hoc magnum est sacramentum, si uir iungatur uxori, quod & apud ethnicos fieri consuevit.

In Christo.) Et in Christum, & in ecclesiam. Tametsi non ignoror accusatiuum apud græcos aliquoties idem pollere, quod alter casus. Potest autem accipi de Christo & de ecclesia. Nam & in hunc sensum usurpat a græcis ἐν ἑρμῆν & ἐν ἀπόλλωνα.

Vxor autem timeat.) Græce est, ut timeat ἡ να φοβήται, id est ut reuereatur. Nā in hūc sensum putat accipi posse diuus Hieronymus uerbum φοβεῖσθαι.

EX CAPITE SEXTO.

ET sis longeius,.) καὶ τόν, id est & eris, quanç hoc loco ambiguum est.
Et uos patres.) Vos redundat, Nam græcis subauditur.

In disciplina & correptione.) ἐν παιδείᾳ καὶ νουδεσίᾳ, id est in eruditione siue institutione & admonitione. Nam id uerbī magis arridet diuus Hieronymo, quip, pe mollius ἢ correptio, quo usus est Ambrosius. Cæterū utracq; uox græcis anceps est ταῦται, tum eruditionem significat, tū castigationem, a puero dicta, νουδεσίᾳ admonitio nem & obiurgationem siue correptionem, inde dictum, quod in animū alicuius ponas, & ingeras quid factū oporteat. Dominis carnalibus.) τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, id est dominis secundum carnem, uerum id recte mutauit ut effugeret amphibologiam, ne quis secundum carnem referat ad seruire. Non ad oculum seruientes.) Græcis uox est cōposita μὴ κατ' ὄφαλον μοδουλεῖσσα, quasi dicas non iuxta oculare seruitium.

Hominibus placentes.) Et hic cōposita uox est αὐθρωπάρεσσοι, multo iocundior ἢ latīna periphrasis, sed interpres non potuit reddere. Sonat quasi dicas, homoplacitos, eos qui student probari hominibus. Cum bona uoluntate.) μετ' εὐνοίᾳ, id est cum benevolentia, Mirum cur id interpres putarit immutandum.

Seruientes sicut domino.) Sicut, aduerbium redundant, nec additur ab Ambrosio.
Remittentes minas.) ἀνέτειρ, τὸν ἀπελέπιον, id est relaxantes minas, hoc est minus feroes minusq; minabundi, uult enim eos esse minus imperiosos.

Quia & illorum & uester dominus) εἰδότες, ή καὶ ν. μῶνται θν. i. scientes quod & uester ipsorum d.e.i.c. Ambrosius & Hieronymus legisse uidentur ν. μῶνται θν., id est uester simul & illorum, ut intelligas cōmunem ambobus dominū.

Frates.) Mei pronomen additum est apud græcos ἡδελφοί μου. Porro nec Hieronymus, nec Ambrosius addit fratres, εἰ λοιπόν autem melius uertisset, quod superest.

Induite uos armaturam dei.) πανοπλίᾳ. Ea uox semel significat quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet, quasi dicas, omnia simul arma quae ad virū pertinet. Vnde paulo inferius admonet diuus Hieronymus uertendum fuisse, non arma, quod Græci dicūt ὅπλα, sed uniuersa arma πανοπλίᾳ. Et Ambrosius legit uniuersitatē armorū.

Aduersus insidias.) μεθοδείᾳ, id est quod ante uerterat circuventionem. Ambrosius legit aduersus natiōes, sed codice opinor depravato. Est aut̄ μεθοδείᾳ si quis ex insidijs agredit̄ aliū. Hieron. legit cōtra uersutias diaboli, ἢ̄ hic potuisset uertere caluniatoris.

Colluctatio.) ἡ πάλη, i. lucta. Mundirectores.) κοσμοκράτορες, i. mūdi dominos, quā dictionem plane nouam, nec usq; alibi repartam, diuus Hieronymus putat a Paulo prīmū fictam fuisse, quo nouis rebus explicandis noua accōmodaret uocabula.

Tenebrarum harum.) Græce est ἡ σκότους τοῦ θνῶν τούτου. i. tenebrarū huius saeculi. Et in omnibus perfecti stare.) Græci sic legūt ἡ ἀπαντακτιγασάμενοι σημεῖα. i. omnibus confessis siue perfectis stare, id est postq; omnia p̄feceritis stare. Hieronymus legit atq; exponit, omnia operati stare. Quemadmodum nihil non facit miles, quo possit hosti resistere, ac suam tueri uitam, ita nobis omnia sunt facienda cum spiritibus assidue lucta turis. State ergo succincti.) περιβοράμενοι, i. accincti siue circumcincti, hoc est muniti. Nam ea pars corporis baltheo lamenis conserto tegi solet in bello, ad quem nūc alludit apostolus. Tela nequissimi) βέλη ἢ πονκρού, tela malī siue scelesti.

Galeam salutis.) ἡ σωτηρία, id est salutaris. Nec est assumite, sed capite.

Et in ipso uigilantes.) καὶ ἐν διντὶ τοῦτο, id est & in ipsum hoc uigilantes. Incertum apud Græcos

ον, am rēratur ad spiritū,
spurias. Ambrosius legi
t̄s & audac loquendi,
caena dñi illa redund;
solo sedem,) να παρέχεται
mentre prout oportet
Institutus frater noster
mera tempera uertit chi
doux de nobis sunt, ho
sō additur nec apud C

ANNOTATION
STOI

ANN

T Tīr
admon
græcā
licet op
men fœ
Cū episcopis.) Græ
friciū, cū illorū preb
nt, αριπτονοι, i. una
t. Quod si græca uox p
la omni memoria ueli
omni memoria uelfri,
er omni memoria ue
loratione faciens. Sup
di gaudiū causam. In
confidens in hoc ipsū
locos gaudiū.) Græcis
ius legit gaudiū. Vulg
dicet gracie, uel qui &
i. Tantell in uiceribus
affectionis humani, cū
Magaz magis,) οὐ μᾶ
ambrosius legi utilia, Sul
Et fine triā,) Ambrof
aut quinque offendār, C
tremū hui offendiculo,

Græcos, an referatur ad sp̄itū, an ad rem. In omni instantia.) ἐμ πάσῃ προσκαρτερίᾳ, de quo superius. Ambrosius legit perseverantia. Cū fidutia.) ἐμ παρέκκλιση, quæ est proprie libertas & audacia loquendi. Notū facere.) Cur nō potius, ut notum faciam?

In catena ista) Ista redundat, Nec est apud Ambrosiū, nec apud Hieronymum.

In ipso audeam.) ἵνα παρέκκλισωμαι, quod uerbū explicās Ambrosius, dicit ut in ipso ex erita libertate prout oportet me loqui, nec est ita, sed ut ἵνα παρέκκλισωμαι. i. ut audeam,

Charissimus frater noster.) ἀγαπητὸς. i. dilectus, atq; ita legit Hieron. quod h;ic ueluti data opera semper uertit charissimus. Ut cognoscatis, quæ circa nos sunt.) τὰ περὶ ἡμῶν id est quæ de nobis sunt, hoc est res nostras & statū nostrū. A deo patre nostro.) Nostro nō additur nec apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI APO STOLI AD EPHESIOS FINIS.



ANNOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

ET Timotheus.) Quanq; id quidē nihil attinet ad sententiā Pauli, tamen admonendū duxi, Timotheus pronunciandū antepenultima acuta, siue græcā rationē sequaris, siue latinā, quod cōtra hunc fit in templis oībus. Et licet optandū foret, ut hoc esset grauiissimū erratū in uita christianorū, tamen foedū est nos publicitus in re tam manifestaria perpetuo peccare.

Timotheus ducēdū ēē.

Cū episcopis.) Græcis unica dictio est coepiscopis συνετοποιοις, quasi cōmunicet sūff officiū, cū illorū presbyteris. Quanq; hic græca uariant exēplaria, & in nōnullis scriptum erat, συνεπισκόποις. i. una cū episcopis. Et diaconibus.) διακόνοις. i. ministris, ut lāpi⁹ uer tit. Quod si græca uox placet diaconis dicendū erat, non diaconibus.

In omni memoria uestri) ἐπὶ τάσκη τῇ μνήμῃ μετὰ χαρᾶς τὴν δέκτηρι ποιούμενον, id est in omni memoria uestri, cū gaudio obsecrationē faciēs. Ambrosius legit ad hūc modū Super omni memoria uestra semper in omni oratione mea pro omnibus uobis, cū gau dio orationē faciens. Super cōmunicatione uestra, ut gaudiū referas ad cōmunicationē ueluti gaudiū causam. In omnibus orationibus.) ἐμ πάσῃ δέκτηρι. i. in omni obsecratione

Confidens in hoc ipsum.) πεποιθώσαντά τοῦτο. i. persuasum habens hoc ipsum.

Socios gaudij.) Græcis est χάριτος. i. gratia, sed facilis lapsus in χάριτος & χαρᾶς. Ambrosius legit gaudij, Vulgarius gratia Omnes uos esse.) ὄντας. Rectius uertissem, cum sitis socij gratia, uel qui & estis loci gratie, συγκονωνοῦ. Vos esse in uisce.) Esse redun dat. Tantū est in uisceribus Iesu Christi, siquidem hoc adiecit, ne quis suspicaret quicq; hic esse affectus humani, cur eos tantopere amaret Viscera uocat affectum animi.

Magis ac magis.) ἐπὶ μᾶλλον. i. adhuc magis. Potiora.) τὰ διαφέροντα. i. præstantia. Ambrosius legit utilia, Suspicio illius codicē habuisse scriptum συμφέροντα p διαφέροντα

Et sine offensa.) Ambrosius legit inoffensi, quasi dicas robustos, qui nō possint offend di, aut qui nūsc̄ offendāt. Quanq; græca uox ambigua est, ἀναρόσκοποι, quasi dicas, tales, ut nemini sitis offendiculo, & in hunc sensum interpretantur græcanica scholia.